

NECTYLUS.

- Fortunate Micon, locuples, formose, venuste,
 Deliciosa, potens, opibus cumulate superbis,
 Otia cuncta tibi licet exercere per orbem,
 30 Quo tua cumque trahit, sequeris, te sola voluptas,
 Nulla tuam rerum conturbant nubila mentem.
 Diceris haec tantum dives non solus habere
 Quae sperare negat tibimet natura veterna.
 Iure cubas lenta felix securus in umbra,
 35 Carmina rara canis, respondent cetera silvae.
 Auribus erectis adstant pecudesque feraeque
 Pascere desistunt, gaudent tua iubila tauri
 Descenduntque truces gelido de monte leones
 Blanda fereque tua placantur fistula saevae.
 40 Agna lupo properans, ovibus sevissimus ursus
 Occurrit cum pace pia, nullae meditantur
 Insidiae gregibusque dolus furtivaque nulla
 Damna ferant neque enim medio tua more vetusto
 Hirsutis campo cinguntur ovilia virgis.
 45 Quoque ferat se quisque, latet sub fronde reiectus.
 Nulla sequente manet tutus grex namque lycisca.
 Alpibus in gelidis errant tibi mille capellae,
 Ad tua tecta die referent bis turgida sponte
 Ubra, bis niveus praemittitur tibi caseus, Alcon.

Vor 27 'NECTYLUS MICON ALCON' als Ueberschrift und am Rande 'NEC' W., fehlt in L. 27 'ORTUNATE' L., 'formose uenuste' L. 30 'sequeris' L. 40 'lupum' W. L., 'lupo' Peiper. 41 'nule' L. 42 'dolor' L., 'dolo' W. 43 'Dampna' L. 'fuerant' verb. 'ferant' W. 46 'licisca' L. 49 'his' L. 'ubi' L.

27 Ecl. I, 52 'Fortunate senex'. 30 Calp. Ecl. I, 13 'Quo me cumque vocas sequor'; Ecl. II, 65 'trahit sua quemque voluptas'; Aen. III, 660 'ea sola voluptas'. 31 Met. I, 357 'terrent etiam nunc nubila mentem'. 32 Ecl. III, 107 'solus habeto'. 34 Calp. Ecl. IV, 133 'in umbra | Securus recubat'; Ecl. I, 4 'lentus in umbra'. 35 Ecl. I, 78 'Carmina nulla canam'; X, 8 'respondent omnia silvae'. 36 Aen. I, 152 'arrectisque auribus adstant'. 37 Calp. Ecl. VII, 3 'expectant iubila tauri'. 38 Aen. IV, 159 'fulvum descendere monte leonem'; Sedul. C. P. I, 219 'truces . . leones'; Met. I, 689 'gelidis sub montibus'. 39 Ep. VII, 38 'saevae . . ferae'. 40 Met. I, 505 'sic agna lupum . . | . . fugiunt'. 41—42 Calp. Ecl. I, 40 'Non tamen insidias praedator ovilibus ullas | Afferet'; Ecl. V, 60 'Nec lupus insidias pecori, nec retia cervis | Ulla dolum meditantur'. 43 Amor. I, 13, 20 'grandia damna ferant'; Aen. XI, 142; Fast. II, 301, VI, 309 'de more vetusto'. 45 Karol. M. et Leo 147 'Fronde reiecta' . . , 148 'His latet in silvis'. 46 Vgl. Ecl. III, 18; Met. II, 242 'Tuta manent'. 47 Luc. Ph. I, 183 'gelidas . . Alpes'; Kar. M. et Leo 395; Ecl. II, 21 'mille meae Siculis errant in montibus agnae'. 48 Ecl. IV, 21 'Ipsae lacte domum referent distenta capellae | Ubra' (vgl. Rem. 180). 49 Calp. Ecl. II, 70 'Per totum niveus premitur mihi caseus annum'; Ecl. I, 35 'premeretur caseus urbi'. Unter Alcon scheint wie in I, 24 unter Palaemon der Kaiser verstanden zu werden.